

1213

D O G M A T I C I .

1214

U. 168 II. fol. 110. p. 2. *Incipit questio determinata per magistrum (O. M. Rob.) eliphat oxonie in anglia super p^m sententiarum. Sic: Queritur utrum commensuratio premij ad meritum et pene ad peccatum quæ per studium theologie ex scriptura potest cognosci sit iuste a deo ordinata &c. Finit: nisi sesequunt altera proporcione ad istam partem. Novit Quaestionem hanc Waddingus, et ex eo Tannerus, quos de hoc Theologo adi.*

DXXI.

Collegae M. Petri de Corona (Transsilvaniae?) Theol. Licent. AA. LL. Doct. Librorum originalium inquisitoris, qui a. 1473. Rectoris Acad. munere functus erat. Continet autem Francisci de Mayronis, seu Maronis, aut Majoranis, quem alii Provincialem Dignensem, alii ex oppido Vallis Barcinonensis oriundum faciunt, O. M. Doctoris dicti Illuminati a. 1325. demortui Commentaria in Librum I. Sententiarum Petri Lombardi, quorum initium: Circa probemium primi libri sententiarum Primo quero utrum primum principium complexum possit formari id est affirmari in theologia &c. et finis: pertinet ad alium habitum practicum seu ad artem, ergo &c. Et hoc de ista questione et per consequens de toto isto libro.

Et sic est finis deo laus et gloria triniss. Opus istud Viri e Scotistarum Triariis jam eodem anno, quo supra Collegio legatum est, typis Mich. Manzoli Tarvisii, dein Basileae a. 1489. per Nic. Kessler f. prodiit, ut posteriores Editiones taceam. Fol. praevio legitur: Liber fratris michaelis emptus padue nouem ducatis questiones francisci maronis super primo Sentenciarum. Manus certe Codicis Italica est, quae ita subsignavit: Anno a nativitate domini M^o CCCC^o XLIX^o Mensis nouembbris Die vicefimo octauo &c. Ad marginem prope alia manu adjectum: Deo gratias. finiu repetendo die ultima octobris 1463. Incepseram autem repetere ante eodem anno in festo beati Gregorij. In utraque Theca interiori videntur adnotatae multae Exponitae,

R. 496 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. olim 129. f. max. per duas columnas nitidissime exaratus, coloribus illustratus, et Literis, a quibus singulae Distinctiones incipiunt, deauratis et picturatis aliud praedicti Operis Exemplar est,

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

G